

†
TRACTATUS

**DE SACRÆ SCRIPTURÆ
SENSIBUS,
IN VIGINTI SEX QUÆSTIONES
Divisus.**

QUO QUIDEM IN OPERE,
summa brevitate, nimia claritate, atque
ingenti resolutione, reperire licebit om-
nia, quæ ad Sacræ Scripturæ sensum,
tam litteralis, quàm spiritualis, seu mys-
tici, necnon & accommodatitii, exactam
cognitionem, & intelligentiam spectant.

AD INCLYTAM

SALMANTICENSEM ACADEMIAM.

AUCTORE F. LUDOVICO MIRANDA,
Ordinis D. Francisci, in Salmanticensi
Conventu Sacræ Theologiæ Prælectore,
& causarum Sancti Officii Qualificatore.

Secunda editio emmendatior.

SALMANTICÆ EXCUDEBAT ANTO-
nia Ramirez, sub scuto Ordinis ann. 1625.

Recusus Salmanticæ : Typog. S. Cruc.
apud D. Franc. de Tójar. 1786.



APPROBATIO EX COMMIS- sione Regii Senatus.

TRactatum de Sacrae Scripturae sensibus, in
quaestiones 26. divisum, auctore fratre Lu-
dovico de Miranda, Ordinis Divi Francisci, in
Salmanticensi Cenobio Sacrae Theologiae Prae-
lectore sapientissimo, & in causis sancti Officii
Qualificatore meritissimo, ex mandato supremi
Senatus studiose perlegi, & nihil in eo vel con-
tra fidem, vel bonos mores contineri affirmo.
Imo summa cum eruditione, claritate, & bre-
vitate, tractantur omnia, quae ad Sacrae Scrip-
turae sensum, tam litteralem, quam moralem,
& accommodatum pertinent. Quare ad com-
munem Theologorum utilitatem pertinere cen-
seo, ut typis mandetur. Datum Matriti in hoc
Imperiali Collegio Societatis Jesu, die 15. Ju-
nii Anni Domini 1621.

GABRIEL DE BIAY.



APPROBATIO EX COMMIS- sione Praelati ordinarii.

Opus satis praecclarum de Sacrae Scripturae sensi-
bus, editum à Reverendo admodum, sa-
pica-

I N C L Y T Æ

SALMANTICENSI ACADEMIÆ,
totius orbis egregiæ, atque celeberrimæ : cunctarum bonarum litterarum
almæ parenti: gratitudinis, reverentiae,
ac benevolentiae ergo : F. Ludovicus
de Miranda Ordinis Sancti Francisci, ob-
sequentissimus ejusdem filius, hunc de
Sacrae Scripturae sensibus tractatum,
offert, dicat, consecrat, & eternam,
atque supremam felicitatem
exoptat.

IN Vallisolerana Civitate natus
(quæ mihi optima est, dulcis, &
chara patria) in hac vero incly-
ta, atque florentissima Salmanticensi Academia, à nono meæ
ætatis anno enutritus, & educatus, & per se-
xaginta fere curriculum commemoratus: & (quod
etiam mihi jucundissimum est) in gravissimo,

&



TRACTATUS

DE SACRÆ SCRIPTURÆ SENSIBUS,
IN VICINTI SEX QUÆSTIONES DIVISUS,

QUÆSTIO I.

Utrum in Ecclesia nostra sancta scriptura aliqua reperiatur, quæ merito sacra, divina, atque canonica dici possit, & debeat; & quænam ex ejusdem translationibus sit sequenda?



UM, juxta Aristotelis doctrinam, (2. Post. cap. 1.) ad debite & ordinate procedendum, in libri si-ve tractatus cujuslibet tractatione, à simplicioribus sit incipiendum, & qualibet de re prius quærendum, an sit; postmodum vero quid sit; qualis, & propter quid sit; hu-